305

305

partibus ex alia sani mente et corpore existentes palam publice ac libere se comparuerunt et quilibet illorum suo interesse recognovit. Quia ipsi se se mutuo et invicem de Omnibus Protestationibus Vulnerum obductionibus Citationibus causis et actionibus ratione quarumcunque iniuriarum et differentiarum ad quodlibet Judicium et Officium institutis et hucusque inter se agitatis ob initam mutuam concordiam et plenam sufficientem satisfactionem quietant emittunt et liberos faciunt Protestationes Obductiones Vulnerum et processus Omnes in quovis gradu iuris dependens cassant et annihilant perpetuum silentium sibi et suis successoribus Ratione Omnium praetensionum hucusque habitarum imponendo.

Dzierzek **Debitum.**

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitaneatus Bransken personaliter comparens Nobilis Franciscus olim Laurentij Dzierzek sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Alberto filio suo Actis Dzierzek et ipsius successoribus Decem florenos Polon debiti certi veri et liquidi mutuatae pecuniae teneri ac debere et in festo Sancti Jacobi Apostoli proxime futuro soluere se de Omnibus bonis cum successoribus suis submittit ac inscribit sub vadio simili aliorum Decem Floren. Polon in defectu solutionis praefato tempore praefixo adsoluendum succumbendo Et Coram officio praesenti in primo Citationis Termino peremptoria responsione Omnibus iuris remedijs se et suis successoribus abrenuncio.

Dzierzek **Demissio** Cum Superreceptione.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitaneatus Bransken personaliter comparens Nobilis Joannes filius Jacobi Brzozowski sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Stanislao olim Clementis Dzierzek et ipsius successoribus Obligationem terrae immobilis in hereditate Brzozowo Obrzozowo sitae sibi recognoscenti per Nobilem Gregorium olim Pauli Zapinski in Viginti floren Polon inscriptae Cum Omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis suae ac parata intromissione possessione tuitione evictione et ligamentis in Originali inscriptione contentis demittit Intronem illi exnunc cum possessione pacca per Nobilem et Ablen duos offisie acceptandam admittendo. Circa quam demissionem personaliter Comparens Nobilis Gregorius olim Pauli Zapinski recognovit se ad eandem summam super eadem bona tres florenos Polon superrecepisse et priori summae adiunxisse et in summa simul iuncta Viginti trium florenorum Polon bona in inscriptione exarata tenere et possidere usque ad exemptionem et summae integram exolutionem inscribit et assecurat.

Kamienski **Intromissio.**

Nobilis Generalis Regni Conradus Sierkey Kondratowic una cum Nobilibus Matheo et Stanislao Kamienskiemi Coram officio praesenti personaliter stans publice recognovit. Quia feria sexta post Dominicam Laetare proxime praeterita condescendendo ad bona Kamienskie Jaski ibidem Nobilem Paulum olim Laurentij Kamienski in bona Omnia Mobilia et immobilia ipsi per Nobilem Marinam filiam olim Balthasari Kamienski consortem Nobilis Mathis Moyskowski modo specius donationis inscripta eorundemque bonorum Areas hortos agros prata campos Sylvas et

305

gradu